

# Gal. methodi medendi

macho, & vtero sunt, sine nomine relinquunt. Tu tñ de nominibz non laborabis. Illud potius intelliges, singularum particularum subtantie molem ex talibz maxime cōpletam esse natura, quæ vtq; (vt in sinuosis viceribus videre licet) & perire, & regnii potest. At vero nec fibrofa, nec neruosa, mēbranosa ue natura eandem generationē habere cernitur. Nec fas est eiusmodi singularum partibz fibras à malignis febris liquari, sicuti carnes: qñ animal ipsum priusq; hæ prorsus sint siccatae, interemerint. Sane sunt & quas marasmodes febres vocant, vniuersæ ex earū generē quæ colliquant. Sed in eo differunt, q; quæ portio carnis in his colliquatur, ea semper vaporis vice digeritur: in illis defluit in vētrem. Cernitur hoc etiā in carnibus, dum in craticulis torrente, eviderter fieri. Siquidem ab aliquibus plurima liquatio defluit, deciditq; in prunas largiter: Ab aliquibus nihil oīno, quod vtq; sentias, defluere videtur, etiam si par sit prunarū subdita copia. Quippe feris suis, aut nihil oīno, aut planè minimū est quod defluat: cicuribus vero plurimū. Quantoq; magis vel adipe, vel carne animal abūdat, tanto profecto quod ab ipsis carnibus dum in craticulis torrente defluit, cernitur copiosius. [Ad eūdem itaq; modum in calidissimis febris, si carnes humidæ ac molles cum adipis copia fuerint, eas sensu liquari deprehēdas: Sin sine adipe & siccæ sint, in marasmodes febres transeunt. Clarissimo huīus rei argumento sunt infirmi, qui p aluum, quod liquat, excernunt, qui nisi prius vel morbi violētia, vel medicorum inscitia moriantur, in marasmodes febres incident. Siquidem quoad materiam vberem habent, hanc colliquat. Vbi illis tum adeps, tum caro mollis defecit, duras & egre liquabiles carnes siccāt, à quibus, ppter siccitatē nihil defluit: veluti nec ab "iis que" sale sunt siccatae, si quis has quoq; torrere parās pari cum alijs igni admoueat. Nam & sicciores earum cārnes reddentur, & corij ritu durabuntur: nec defluet ex his vlla sensibilis liquatio.] Hæc igitur cum scias: etiam colliquantium febrium iisdem methodis curam ages, tum ad frigidam exhibendā quamprimum properās, tum ijs quæ humectent & refrigerent nutriens. Mulsam vero inimicissimam censebis: qua tñ vti plerosq; medicorum in eiusmodi febris vides. Verum de colliquantibus febris differere in posterū licebit: neque vt de ijs hec tis febris quæ in pestilentijs contingunt: cuiusmodi ea est quæ nūc publice grastatur. Dicitur nanc & de hac inter pestilentes febres. Reliquarum vero tum hec tis, tum quas marasmodes vocamus, abunde mihi sanationis methodum tradidisse videor.

## G A L E N I   M E T H O D I   M E D E N D I ,   I D   E S T D E   M O R B I S   C V R A N D I S , L I B E R   V N D E C I M V S .

A R G U M E N T .   L I B R I .

Indicationes omnes explicat quæcumq; in curandis putridis febris estimantur,  
ac per traçtat de cataplasmati, perfusionibz, & balneis quæ pro ratione inflammatarum partium adhibentur.

Quid aetum superioribus libris, quid hoc agendum, ac de primis, & communibz fontibus curatiuarum indicationum.

C A P . I.



Ebrum quas putrescens accedit humor, primæ remediorum indicatiōnes dictæ prius sunt, quo loco eas quemadmodū & duas & tres efficias, docui: etiā si velis vñā. Nunc vero quod in alijs febris fecimus, vt ex primis generibus ductis, ad ultimas vñsp species diuidēdo pueniremus, idem & in pposita differētia facere tentemus: illud prius admonentes, quod etiā in libris de pulsū diffrentia ostendimus, siue primas differentias, siue prima genera, siue maxime generales ideas, siue quomodo tñq; aliter appellare libeat, modo exactā rei notiōnem serues, nihil interfuturum. Ac februm qdem ipsarum, quæadmodum eas, quas diarias vocamus, cures, in horum cōmentariorum octauo exposui, parī modo & quæadmodum continētes, in libro q; illum sequit. atq; etiā quæadmodum tertias hec tis scilicet, in eo qui illi succedit: qui totius operis est decimus. In qbus non, ppria modo cuiusq; sed etiā cōmuniū pleraq; expli- caui. Nunc quæadmodum quæ ex putrefactibus humoribus excidentur, methodo sint sanande, aggredi statui. Quæ curationē indicant: prout in duo diuidunt, affectus quæ curamus, & partium ægrotantis tēperies sunt. Licit aut̄ ea (vt dicitur est) & vna summa interpretetur, dicentes vnam esse oīum morborum cōmuniū curatiōis indicatiōnem, nēpe cōtrarietatē ipsam, qua rursus diuisa, duas existere, morbo. s. ex ijs quæ sibi contraria sint, adhibēda remedia indicante: laborantis vero tēperie, vñā cū ipso morbo, contrarietatis mensurā definita. Porro dictū in illis est ambientem quoq; nos aerem vñā efficere indicatiōnem posse: Et cū primā sectionē in duo tñ facimus, ambientē vel ægritudinē causis, vel sanitatis annumerandū esse! At vero cum sanitatis caue sint omnia

**A** omnia quæ sanitatem efficiunt, vna certe earum est quod auxilium remedium ue vocatur. quod pro varijs notionibus & vltima & prima sanitatis causa recte dicitur: Quippe tempore vltima erit, propterea quod tempore natura & ars & fortuna priores eo sanitatis causa sunt: Prima vero est, quatenus id laborantis corpus tangit, alteratq; eius affectum. ac ppter alterationem quā id facit, cū aegra corpora ad sanitatem perducuntur, ars & artifex sanitatis causa sunt. non qd hæc morbos primum submoveant, sed qd alia materia ad id cōmoda intercedente, quod auxilium appellatur.

<sup>t. m. r. t. v. i.</sup>  
<sup>& fortuna ad-</sup>  
<sup>dūt antiqu cod.</sup>

Siquidem sanguinis missio, quam phlebotomiam vocat, ipsa qdem per se hoc quod iam dictum est, nomen possidet. At cum hominū malum assert, ex caulis fit morbificis: cōtra, cum prodest, ex salubribus. Ac ppter ea cum proficit, vocatur auxilium: sicut profecto oīs materia quē quomo dolibet corpus alterat, quo tge iuuat, auxilium dicitur. Ad eundē modum & ambientis, pprium pro natura sua nomen est aer: relatus tñ ad nos, alia auxilium, & sanitatis causarum vna efficit: alia ijs contrariarū, nēpe morbificarum. At qm aeri tum ex præsente coeli statu, tum anni tēpo re, tum regionis natura, suæ in humido, sicco, calido, & frigido mutationes accidunt: ex illorum rursus vnoquoq; alię particulares indicationes oriuntur. Ac fortuna qdem, & ars, & artifex, materiarum interuentu agunt in natura vero per seipsa. Ea ex tribus his partibus cōpletur, ex spiritu, <sup>Vit. c. 5. l. 9. cap. 19.</sup> idem. l. 2.

**B** & partium, quē vere dicuntur solidæ, substantia, (quas alibi ex semine genitali cōditas esse mon strauimus) & tertia ab ijs carnosa, quæ cuiq; particulae est sua. Singula autem iam diclarum trium priam pro natura sua tum qualitatē habent, tum quātitatem. Ac qualitas qdem earum ex cōgrua temperie humili, siccī, calidi, & frigidī consistit: Quātitas vero solidarum partiū par semper manet: sed ijs qui adhuc inaugētur, numero dūtaxat: qui vero absoluti iam sunt, etiam magnitudine. Carnosæ vero substatiæ magnitudo varia, etiam li pterea non augeat animans. Pari modo & sp̄itus substatiæ tantūnon quolibet momēto, tum minor, tum maior conspici. Ergo etiā supra ea quē indicationes p̄stare prius diximus, virtus vel sola ijs tribus substatijs, quas modo cōprehēdi mus, simus enumeramus additū: vel si tēperamētū seorsum sit discretū, <sup>in ipso.</sup> Atq; hec ipsa rursum bifariam quoq; vt ostensum est, scindit, & in originalē naturā, & in acquisitiōni affectū: sic nimur, vt ex illis, & alijs que prius dicta sunt, ppria quedā cuiusq; remediorū sit indicatio. Sēpe autē adscititia tēperies ad efficiētes causas reducta, illis indicationē concedit. Ad hunc itaq; modū ex tēate, vīte in instituto, & cōsuetudine, indicationē remediorū suggeri diximus, cōsentireq; iter oēs iam dictas indicationes. Siquidē in ijs quē magis sunt speciales, cōineri semper quē magis sint generales. Agi vero in vsum quē magis sint particulares. s. ex magis generaliū sectione inuenias.

**C** De indicationibus quē ab affectu febri p̄stantur; ac quid differat putridarum curatio, à re liquarum febrium curatione.

CAP. 2.

**P**rima nanc̄ oīum curationis indicationum, quē ex ipso qui curatur morbo accipit, contra p̄rietatem p̄scriplit. At qm morborum plura sunt genera, cuiq; eorum sua erit contrarietas. Verum cætera in præsens omittantur. Proponatur autem nobis ad præsentem, disputationē dūtaxat, morbi quem curamus genus in intēperie positum. Id igitur p̄ contrariam ipsi intēperiem sanabit. At qm vniuersi febrium generis intēperies est calor, nimirum per frigiditē curabit. Sic vt oēs indicationes inter se concordēt. Nā siue dixerimus absoluto sermōne febrē p̄ ea q̄ contraria sunt, sanandā esse, siue adiecerimus, p̄ ea quē cōtraria sunt temperamēto: nulla pugnantia in sermone erit: Similiter nec si per frigida sanandā febrem esse dixerimus. Sed nec si diuidentes id, dicamus aliquā sanare nos febrem p̄ ea quē actū, aliquando & per ea quā potestate, aliquando & p̄ ea quā ex accidenti refrigerant, aut etiam ista coniungentes, nulla pugnantia cum ijs quē dicta sunt, in sermone erit: Pari modo nec quis dicat, quē actū, potestate, vel ex accidenti refrigerent, ea febres sanare. Quippe idicatio quē ab affectu sumitur, in tot numero particulares indicationes est diducta. Hę vero rursum ipse particulares indicationes materias inueniunt, iuxta eas methodos quae in opere de medicamentis sunt traditæ: qn illarum principiū id est, in quo finita est curādi aliectus diuisio. Ac maxime qdem propria in soluendo morbo intelligit curatio: sed per abusum etiam miseri genus, tum ex vera curatione, tum prouisione, quā Prophylacen appellat. Ac diariarum qdem febrium, quemadmodum & hecifarum, vera & ppria curatio est. Earum vero quē ex putrefactib; excitant humoribus vocata curatio, Prophylacen quoq; sibi adiūxit: cuius officium est causam, quē morbum creat, adimere. Sanē nominatur hęc ipsa quoq; artis pars, curatrix: quē utiq; ab ea quē pure sincereq; prophylactice dicitur, in eo distinguita est, q̄ sub hac iam sensibiliter ex ipsa causa morbus est genitus, in prophylactice vero est futurus. Atq; nominib; quidem quisq; prout volet vtatur: (id enim semper monere oportet) sed remediorum indicationem quē à rebus singulis p̄stet, seruet: quādo si vel vnam aliquā earum prætereat, ad portionem tum magnitudinis illius, tum facultatis, curatio claudicabit.

De curationum modi, qui ex indicationibus ab egroti viribus sumptis p̄stantur. CAP. 3.

**P**orrō quemadmodum ab affectu ad materias præsidiorum peruenimus, eodem modo ab singulis reliquorum generum primorum descendēdum ad eas est: velut à virtute. Nam ea morbo ceu aduersatrix est opposita. Propositumq; medico est huic omni ratione optulari ac Septima Clasiss.

iiiiii iiiij subuenire.

## Gal. methodi medendi

idem. 5. B.

subuenire. Ergo quis prius est à virtute scopus, aut quenam indicatio prima? Nam hic quoq; loqui pro arbitrio possit. L. virtutem ipsam vñ scopum ac primū statuens. quod vero ab ea indi- catur, alterum & secundū. Itaq; cum monstratū sit virtutem sui custodiā prescribere, sicuti mor- bum se tollendum, erit rursus in virtute secundus scopus, ipsius custodia: licet in morbis, ipsorum sublatio. At vero custodia similiū exhibitionem indicabit, sublatio contraria. Quoniam vero virium substātia tum ex spiritu, tum ex carnosa specie, tum solidis ipsis cōpletur: ex ijs que similia sunt, moliri cuiq; suā Diamonen, i. custodiā cōueniet: Spiritui ex respiratione ac transpiratio- ne, & qui ex sanguine attollitur, vapore: liceat vero hic quoq; volenti, vel grāce Aerōsi, quasi aerationem dicas, vel sanguinis attenuationem, vel in halitum solutionem, vel vtcunq; libuerit appellare: Solidorum vero generi, ex solido nutrīmēto. Quemadmodū carnoſo generi, per eam naturā, que in medio humidior ac solidorum corporum est. Porrò cuiusq; horum mensuram ex conseruandē substātē quātitate inuenies: qualitatē vero ex ipsius tēperie. Cum vero horū cu- iusq; vel optima tēperies sit, vel aliquatenus vitiosa: que qdem optima est, semper seruari debebit: que vero oīno vitio non caret, hæc in sanis qdem vel seruāda est, vel alteranda: in ægris vero seruāda est, ea ipsa, fratione, qua prius ostēdimus maximā esse à cōsuetudine indicationē, quippe vel tēperimentum originale ipsam seruare, vel adscitūm inducere. Præstari vero (vt prædictū est) mensurę auxiliōrum indicationē ex eo temperamento quod iam præsens sit: ita nimirū sicut ex ætate, non quam æger prius habuerit, sed quam nunc habeat. Cum vero diuersitas non parua sit in partium animalis temperamento, propriam cuiq; mēsuram fore eorum quæ ipsi sint similia: nempe ei quæ terrea magis est, eorum quæ magis sint terrea: & ei quæ humidior est, eorū quæ sint humidiora: Ad eundem modum & ei quæ magis aerea est, eorum quæ plus huius substātē in se habeant: sicut calidiori, eorum quæ magis substātē ignea participant. Hinc vero iam materias particulares oēs in cibis, potionē, aere, & oībus {peragi solitis,} inueniendas esse. Vbi vero secū pugnauerint indicationes aliquā, superius cōprehensa methodo ad ea quæ agen- da sint inuenienda, vtendū esse: perspēsis scilicet indicantū scoporum, tum magnitudine, tū dignitate. Ostendimus. n. eligēdas eas indicationes esse: quas scopi digniores maioresq; præscri- bent. ac dignitatem eorum, vel vīte, vel sanitatis respectu iudicandum. Magnitudinem vero du- plicem esse, vel propria substātē ratione, vel declinatiōnis à naturali habitu. Ergo ab his iam methodis agedum exercitemur in genere febrium, quod ex putredine nascitur.

Indicationes quæ ab affectu ipso, qui putredo est, in continentibus putridis præbentur. C A P. 4.

**Q**uoniam putredo vel æqualiter in omnibus subsistit valis; vel in maximis, maximeq; G principalibus, (ea porrò sunt inter alas & inguina) vel vna quapiam particula, quæ vel phlegmonen in se habet, vel etiam citra phlegmonē, veluti in foco quodam principiū febris in se continet: in singulis his differentijs seorsum exercitari conueniet. Ac primū eam tra- cētamā pponemus, que vel in maximis valis, vel simul oībus consistit. Quæ igitur ex tali affe- ctu oritur febris, plane necessum est synochon, id est continentē esse. Nec fieri potest vt ea sanē, nisi inhibita prius putredo sit. Porrò ea inhiberi, causa manente, non potest. Quare submouēda ipsius causa est: si modo putredo ipsa prior, mox post ipsam febris sanari debebit. Ergo que cau- sa putredinis est, quæ se per omnia vasa equabiliter diffundit. Sanē reuocare in memoriam prius conueniet, quenam aliās putredinis indicata sit causā: ac deinde cur pari modo in omnibus animalis partibus fiat, inquirere. Ergo ostēsum est, vbi morborum causas reddidimus, illa tan- tum putrefacta corpora, quæ cum calida humidaq; natura sint, neq; perlata, neq; ventila- ta, in calido humidoq; loco maneant. Quod si in motu sint, ventilenturq; ac perlentur, posse ea non putria integrāq; seruari: potissimum quæcunq; corpora sua ipsorum natura regūtur, vt ani- malium & stirpium. Ea nanq; (sicut in opere de naturalibus facultatibus est proditum) ab initio congenitos secum motus habent, quibus superflua excernant. Ostēsum non minus & in alijs duobus libris est, quāta sit tum respirationis, tum pulsuum vītis ad perlatum ventilationēq; corporis, atq; eius natūrum calorem tuendum. Itaq;, siquid in eo manifeste putrefacta debebit, di- cetas transpirationes impeditas esse oportet. At vero qui fieri potest, vt illē per totū animaliū sista- tur, nisi vel finibus vasorū stipiat, vel tota cuter. Porro accidere in finibus vasorū stipatio potest vel ex vehemēti extrīsecus refrigeratione, vel ex succorū, qui extrorsum in ipsius cōfertim ruer- rint, crastitudine, multitudine, vel lentitudo. Accidit hoc illis & ex ijs exercitatiōibus, que in palae- stra, vel aliās obeuntur, & itinere laborioso, vel ambītis statu, cum ex rigore in æstum subito est mutatus. Nonnullis vero seruentes ex ira succi, ac foras simul impetu ruentes, dicetas stipationes effecerunt. Quisquis igitur propositam sanaturus est febrem, hic simul causam eius adimat opor- tet, simul calorem qui in animali excitatus ab ea est, refrigeret. Ac quemadmodū qdem ille sit refrigerandus, prius est dictum. Causam vero adimi oportebit, ppriā cuiusq; naturā inuenta cō- trarietate: Vt ieq; si ex frigida causa stipatum densumq; redditū corpus est, relaxato eo, omniq; ra- tione rarefacto: Sī ex obſtructione ita est affectū, hac reclusa: Quod vero recluder, hic quoq; ad cōtrarietatis indicationē attentus inuenies: Vbi nāq; abundātia humorū est, hos vacuabis: Vbi crassi sunt & glutinosi, tenues eos ac fluxiles efficies. Si plures causæ aliquid coibunt, omnibus pec- contraria

t. II. 5. 1. g. cap. 3. b. et 1. f.  
diff. febri. cap. 3. H. et in  
sang. mis. cap. 1. H.

X̄son est in  
antiq. i. fusio-  
nem

t. eptitōdūos  
Mēnos,

cap. 2.

H

**A** contraria occurs. Siquidem fieri potest, ut & coarctatum corpus sit, & exigui meatus densati, & multi simul ac lenti humores subsint. In eiusmodi aut causarum complexu, si recte quae prius comprehensa sunt, meminimus; coepisse a sanguinis missione conueniet: ac abundantia vacuata, tum ad extenuandos humores venire: ab hoc ad remittenda quae sunt constricta, & rarefacta? quae sunt densata. Atq; hæc quidem à morbi affectu indicative sunt sumenda.

Indicationes a viribus eorum, qui continent febre putrida correpti sunt.

CAP. 5.

**A** Viribus aut (qm̄ has cibi, potionis, & spiritus certa mensura & apta qualitate exhibita, serubunt, inuentus aut est quantitatis eorum modus ex virium substâta: qualitatis vero à tēpe (ramento) nim̄ū estimari debet, quēadmodū uires quae corpus regunt, in his se habeat. Quippe si ualentes sint, audacter vacuantibus præsidij vteris: hæc aut ab affectu morbi fuere accepta: Sin infirmiores sint redditæ, vacuantia remedia cautius administrabis. Sed & nutrimenti modus hinc tibi est desumendus. Quippe cū uires legitimū robur suū habent, & morbi summus vigor breui futurus expectat: tenuissimo viuū licet vti: Cum sint infirmiores, non licet sine graui noxa: Sed adjicere ad nutrimenta tñ oportet, quantū est de robore virium immunitum. Atq; ex

**B** his scopis accipiens est nutrimenti modus: qualitas uero, ex morbi affectu, vna cū solidorū corporum, quod tū est, naturali tgamento. Ab affectu, si is obstructio est, q̄ extenuet. A naturali ipsorū tēperie, vna cum consuetudine, prout ēt prius est definitū. Tps uero nutriendi, quod quidē ad reliquas spectat febres, quae ex putredine oriuntur, in progreſſu sermonis dicetur. Quia uero vnicam tñ à principio ad finē accessionē habent, (de his nāq; p̄sens est sermo) in his facilis toleratio, & consuetudo spectari debebunt, qn̄ cibus illis eo tempore est offerebūs, t̄ quo facilius q̄ in ceteris morbi tolerant: eoq; potissimū diei tempore, quo prius in sanitate cibari erant sueti. Etenim facillime cibum ferent, si ex his considerationibus assument. Qz, aut frigida quoq; ijs qui multe p̄sunt laborant, sit exhibenda, cum s. iam succi concoquuntur, & crassitudo eorum prætenuata est, id ex ijs, quae prius sunt comprehensa, manifestum arbitror.

Quid commune habeant continentes febres cum diariis, et reliquis, que ex putredine oriuntur. CAP. 6.

**S**tæ putredine circuitibus quibusdam accessiones habet, tum ijs quae ex humorū oris in vitroq; genere de ipsa mentionē facimus: cū vnicā accessionem habeat ut diariæ, ceterum ex putredine orta multos duret dies. Itaq; unum cū diariis cōe habebit, duo cū ijs quae ex putredine fortæ multos durant dies. Reliquum continentū febrium (quas synochos vocant) genus duo habet cum diariis cōmuniā: nempe & q̄ sine putredine sit, & q̄ absq; circuitu. Tertium uero cōmune non est: cum subinde in quintum porrigitur diem. Atq; harum quidem continentū febrium prodita prius curatio est. Continentium uero, quas putredo excitavit, curatio, cum vtriq; generi cōmuniā esset, et nos in ambobus de ipsa differere coegit. Ceterum substantia earū tota q̄ natura ex eo est genere, quod nunc nobis proponitur. In uno aut eorum quae ipfis accidentū, cum diariis conueniebat. Id fuit, quod vna in totū totius morbi accessio erat. Ergo & curatio earū, vnu hoc duntaxat cōmune cum diariis habeat oportet: In reliquis aut omnibus bifariam diducatur. Atq; alia quidē curationis indicationes, ex cōmuniā genere earum que ex putredine sint ortæ, accipiātur: alia ex propria earum substantia. Ad eundem vero modum & cetera natarum ex putredine febrium differentias sanari conueniet: nempe (sicut s̄pē prius dictum est) indicatione tum à communiā ipsarum genere, tum uero à cuiusq; propria differentia defumpta.

Quot in totum sint prime febrium putridarum differentiae, ex quibus petenda est curandi ratio. CAP. 7.

**E**rgo denuo repentes dicamus primum quot sint febrium, quas humorum putredo accedit, in vniuersum differentias: deinde quænam sit ipsius generis earum cōmuniā vtilium auxiliorum indicatio: mox quæ sit singulatim cuiusq; propria. Par est enim profectio & quod omnium earum commune est, communem habeat indicationem: & quod in singulis est prōprium, quantum à reliquis eiusdem generis est diuersum, in tantum & diuersam ab illis sortiatur indicationem. Hanc igitur natarum ex humoris putredine eiusmodi differentiae. Vna ex eo, quod causa ipsius putredinis adiungit, vel non adiungit. Secunda ex eo, quod per totum animal, aut eius partem aliquam diffusa putredo sit. Tertia, quatenus cum phlegmone est, aut citra hanc. Igitur considerandum nobis est quidnam commune habeat indicatio, quae à causa sumitur adhuc manente: quidnam ea, quam putredo ipsa præstat: ab his deinde, quid indicatio putredinis, quae per totum diffunditur aīl, aut certe maxime principalia in eo vasa: quid eius, quae in vna cōsistit parte: mox deinde earum, quae in vna quadam parte sunt, estimabimus differentias. Quippe aliam esse indicationem eius, quae cum phlegmone coniungitur, ratio est: aliam eius, quae sine hac cōsistit, rursus in his etiam ipfis, aliam esse præsentē adhuc effectrice causa: aliam vero hac submota: postremo cuiusq; causæ adhuc manentis differentias, per omnia quae in specierum diuisione sunt inuenta.

† In græcisim  
premiss additur  
ēm̄ or̄. i. a.  
putredine ins-  
censis.

Siquidem hic iam desinat necessum est indicationes, quae ex curandis sumuntur affectibus, post has vero eas nimirum, quae ab ipsis curandis suggestur particulis, pro iam dicta methodo sumemus. Quibus si eas quae à viribus prebentur, adiicerimus, absoluta nobis methodus de febribus omnibus fā sanandis erit.

# Gal. methodi medendi

De putredine & eius causa curanda.

CAP. 8.

B

\* προσέχω  
συνεπόμενοι

\* αὐτοῖς

vist. q. medecor.  
Ap. q.

dom. 5. lib. 9. cap. 9. n.  
lib. 10. cap. 2. A.

Ergo ordinamur ab eo quod primum in diuisione indicans fuit, (ea erat humorū putredo.) ac consideremus quibus maxime indicantibus quibusq; indicationibus usi, curationē eius inuenire possimus. Principium vero inuentio, ipsa erit rei natura, qua de agit. Etenim id quoq; in demonstrandis methodis didicimus. Quænam igitur est putredinis natura? Nempe mutatio totius putrefactis corporis substantiæ ad corruptelā, à calido externo. Non. n. profectō à proprio calore corrumpitur quicq; immo contra prouersus quicquid in rebus subsistit, id "gliscit, roboratur, sanum est, ac viuit, dū proprio calore regitur: veluti nimirū ipsa animatiū corpora tametis plurimam substantiæ suæ portionem humidā & calidā sunt sortita, magnū in annorum numerum sine putredine, ac sana viuaq; exigunt, si seruetur (ut monstratum est) eorū proprius calor. in cordis quidem corpore, per respirationē: in reliquis omnibus partibus, tum per communitatēm quam habent cum corde, tum per aliā quandam respirationis speciem, quæ per totam agitur cutem, & transpiratio p̄spiratio'ue dī. His uero lēsis, vna ē naturalis calor laedit. Alter uero quidā alienus, ac præter naturam in corporibus excitatus, prīmū quidem ipsos succos propter humiditatēm & putrefacit & corrumpit, spatio vero tum adiūcē inuadit, tum ē carnem. Tanquā igitur in ijs corporibus, quæ non viuunt, ac putrescent, prīmū quantum eorum iam cōputruit, separant; dein ei quod reliquum est, in frigidum aerē sublati, perspirationē refrigerantem molisuntur: ita vtq; & putredinem, quæ in viuī est orta, sanabimur: id scilicet quod iam corruptum est, omni ratiōe vacantes: quod reliquū est, moderatis motibus, & refrigerante perspiratu, ad exactam symmetriam reducentes. Ac vacuationem quidem illius per vrinam, defectiones, vomitum, ac sudores, moliemur. post hanc dimotiones mediocres, vna cum ambientis bona temperie adhibebimus. Quemadmodū aut horum quodq; recte administrandū sit, paulo post aestimabimus. Nunc ad se cundum in diuisione transeamus: nempe quēadmodum quis cauſā, quæ putredinem excitauit, adhuc manentis remedium facillime inueniat. Est aut neq; in hoc difficultas vlla: quippe cū per contraria tollatur. Itaq; qm̄ transpirationis prohibitiō, putredinis occasio fuit: hanc arbitror submouere oportet. At ea cum varijs generibus est orta, & densatis exiguis meatibus, & constrictis corporibus, & humoribus tum abundantia, tum crassitudine, tum lentitia sua obſtruuntibus: singulæ harū affectionum curandas per contraria sunt: Densitas, per ea quæ rarefaciunt: Cōſtrictio, per ea quæ fundunt: Abundantia, per ea quæ vacuant: Crassitudo, per ea quæ disflectant: & lento, ijs quæ detergent. Ac si quidē totū corpus dicitur iam singula occuparint: ēt toti corpori per cōtraria est succurrentum: Sī vna partem quāpiam putredo inuaserit, illi adhibenda tā dīcta sunt remedia. Sanè non easdem omnes partes vacuationes medicamenta'ue requirent: cū & tēperamentis, & posituris, & forma, & omni deniq; constitutione naturāq; inter se diffideant.

De curandis putridis febribus per medicamenta purgantia, balnea, inunctiones, & potus. CAP. 9.

Ergo quemadmodum singulis sit opitulandum, id postea pro conueniente sermonis ordine diliqueremus, cuius initium à putredine, quæ totum corpus occupet, quæ ipsa continentis quoq; febres, quas synochos vocant, excitet, faciemus. Ergo a corporibus, quæ sic afficiuntur, expellenda quæ putruerunt, per vrinas & aluum & sudorem sunt: quod si ad os ventriculi aliquādo sua sponte impetum capiant, etiam per vomitiones: Aliter autem non est quod ea præter natūram irriteret. Ac eorum quidem, quæ iam dictas vacuationes promoueant, non parua materiæ copia est, sed maior eorum portio, cum calida seccaq; facultate sit, febrem auget. Itaque diligenda medicina sunt ea quæ citra calcinationem siccationemq; valentem supradictas vacuationes praestent: cuiusmodi sunt tremor p̄fissanæ, & aqua mulsa, & oxymeli, & apomeli, & apij radix in aqua, quæ potuī datur, incocta. Hæc autem ipsa ventri quoque sunt idonea: qui si nihil reddat, iniicienda per clysterem aqua mulsa cum oleo est. Sanè totum corpus, priusquam id vacuaris, refacere non expedīt. Vbi vacuatum est, vtique licebit id medicamento aliquo, cui calor tepidus. H̄ insit, rarefacias: cuiusmodi est quod ex chamæelo conficitur. In hoc tempore si vinum quoq; aquosum bibatur, id omnes vacuationes promouerit. idem faciat & temperatum dulcis aqua latrū: Quod si appositum aliquando in dictione vocabulum dulcis non sit, vtique id subaudiere debebis, certo sciens de eo nos in febricitantibus lauacro semper loqui, non bituminoso, aut sulfureo, aut alumino, aut chalcanthode, aut salso, aut ex marina ipsa. Cæterum, vbi magnitudo febris obstat, sicut in continentibus: nec vino est vtendum, nec lauacro, nec ijs quæ habitum rarefaciant vñctionibus, sed aqua frigida, sicut prius diximus, pota, in his febribus est aptissima: nisi tamen aliquid eorum quæ prædicta sunt, hanc quoque prohibeat. Quippe ipsius febris frigida pota perpetuo est remedium: non tamen putrefactum humorum per aluum, vrinas, vel sudorem vacuandorum. Quo magis exercitatum esse in ijs, quas nunc tradimus, methodis operet: ac in ægrotantibus considerare, & quæ sint ipsius febris remedia: & quæ ipsius, vbi per se sola subsistit, putredinis: quæ rursus efficientis hanc cause, atq; huius quoq; cum per seipsam subsistit. Quippe non semper inter se consentiunt hæc omnia, sed plerūq; aduersantur. Quo casu memor res eorum quæ didicimus, id quod maximum omnium est aggredi oportet, atq; ei vel soli, vel magis q; cæteris subuenire. Sanè scire licet difficile esse, acriq; iudicio indigens, febrem, putredinem,

**A**nem, & effectricē causam, vbi. s. ipsa quoq; adeſt, inter ſe confeſſe. diſſicilius tñ eſt ſi vires quoq; cum illis vna confeſſe velis: qd' vt iq;, ſicut ante cōpreheſum eſt, pg vita eipſius reſpectū ſemp eſt neceſſariū. aliquid uero & ex accidenti, ſicut ad morborū ſanationem. Hoc uero me oſtenſurum lib. 9. cap. 13. in fin. promiſi. Si quidem quod putredic, ſi vteſti eſſet, aliud ue in anime corpus, vt iq; ex ijs duntaxat q̄ praedicta ſunt, indicationem caperemus. Nunc cū in viuente corpore putredo concipitur, quod tum altera pōt, tum concoquere, tum vtile reddere quicquid putrefientium, veluti ſemiputreſcens ſemimalumq; eſt: vt iq; facultatem eius, qua naturaliter concoquit, excitans firmansq; qua putrefientia ſunt, ſanabis. Itaq; eſt tum maxime eos cum fiducia, vel in balneo lauamus, uel ijs que habitum rarefaciant, medicamentis utimur, uel aquam frigidam, uel vinū bibēdum damus, cum notis humorum concoctionis cernimus. Necp. n. pulsus duntaxat vires ad eiusmodi agenda, firmas requiriſimus, veluti nec eius facultatis, qua voluntarium motū præſtat: ſed ſicut eſt dictum, ipſius potius concoctrīſ. Ergo ſi & vires cunctæ ualentes ſunt, & febris ardētillima, & concoctionis notæ planè euidentes, frigidam homini dare audacter debebis. Conſtat nanq; talem hominem ſenem non eſſe, ex quo omnes illi virtutes valentes eſſe propoſuimus. Quod ſi eſt bona corporis habitudine ſit, quod ἔναρξος Graeci vocant, tum ſtatus coeli calidus, ac ſiccus, eſt ſi in frigidā natationem hunc diſmittas, haudquaquam laedetur. Eiusmodi nanq; tēporis opportunitate vii qui ſeſe in frigidā coniecerunt, & protinus omnes ſudarunt, & nō nullis eorum aliis bilioſa reddidit. At ſi mediocris eſt febris, & vires non valide, ſed cū notis concoctionis: ijs qui ita ſe habent, balneū prodeſt, & vini poſto: tum vero ex vniſionibus eae qua rarefaciunt: idq; multo magis cum ambiens eſt frigidus. Neq;. n. aut frigidam in balneo lotionem, aut frigidam potionem, in eiusmodi coeli ſtuſe expertunt, utpote {respirati ipſo} aliſide refrigerant. Cū ſiq; in frigido ambiente vehementer vri ægrotum contingat, exigua ſalutis eius habenda ſpes eſt. Si uero nec concoctionis habeat ſigna, nec vires ualidas, ſeruari ſe plane non pōt. quo minus aut idem lauandus in balneo eſt, aut medicamentis ijs qua rarefaciant vngendus, aut vinū illi dandum, frigidā ue offereſda. In quo. n. desperata omnino ſalus eſt, imprudentis conſilij fuerit apud vulgum infamare preſidia, qua multis fuere ſaluti. Ipsi ſiquidē aliquos noui ex amethodis iſtis medicis, qui cum ea que nos geſſimus, eſſent imitati, ijsdemq; præſidijs in ijs qui prorsus morituri erant vii, adeo nihil pfercerunt, ut eſt tempeſtivum eorum vſum ſuſpectum formidolofumq; reddiderint. Verum nos tēporā ſpora præſidiaq; ijs quoſ ſeruari ſpes eſt, ſcribimus: quando ægris qui inſanabiles ſunt, ijs nec tēpus ullum opportunum, nec præſidiū eſt. Atq; hoc mihi per omnem ſermonem teneri memoria velim: quo minus præcipua illa primaq; omnium curationis indicatio conuelli aliquid poſſe videatur. Quippe cum dicat Hippocrates Contraria eſſe contrariorum remedia, quid uetat omnibus febricitantibus frigidā uno ordine exhibere? Verum nec exhibenda eſt, nec ſubvertitur eo tēpore generalis omnis curationis indicatio. Vnum. n. ex ijs qua actu refrigerant, aqua frigida eſt. Sed & alia plura ſunt, qua partim potestate (ut dictum eſt) refrigerant, partim ex accidenti. Quorum alijs propter concurſum pugnantium inter ſe indicationū alijs utimur. Porro tradita iam methodus eſt, eius quod conducit, ante alia ſemper diligendi. Oſtenſum præterea eſt ipſius febris, putrefebris eſt, aquā frigidam ſemper eſſe remedium; quod vero ad alia ſpectat, non ſemper. veluti cū ex obſtructione glutinosorū & crassorū humorum putredo oritur. Ponat uero & cum his redundantiam in toto eſſe corpore, tum virtutem non imbecillam. In eiusmodi nanq; complexionibus cum multa præter naturam in corpore ſint, quædam eorum præcedentes cauſa erunt, ueluti redundātia cū glutinosis & crassis humoribus. Horum. n. vitio obſtructio eſt orta: qua morbus instrumentalis eſt eorum qua obſtructa ſunt corporum. Hanc ſymptoma ſecutum eſt ipſa transpirationis retentio: qua rurſus putredo humorum excepit, ipſa. s. febris antecedens quædā cauſa.

Quæ putredinis & cauſe ipſius indications ſint, & que remedia preſcribant. CAP. 10.

**D**Ergo qui febrem curare volet, neceſſe eſt putredinem inhibeat. Ita duæ indications ſe exhibent: altera à febri, altera à putredine. Atque à febri rurſus duæ: ſcilicet ut portio febris, qua facta eſt, per curetur; qua uero in generatione eſt, inhibeatur. Aliæq; duæ rurſum à putredine erunt indications: ut & quod putredinis iam factum eſt, ſanes: & quod in generatione adhuc eſt, ſistas. Porro quod in generatione eſt, id adiapneſtia. i. perspiratio impedita, facit, nihil enim deterius fuerit clarioris doctrina gratia, ita eam nominare. Ita ab hac quoque alia duæ indications naſcentur, tum ut quod retentum eſt, uacuetur: tum quod retinendum eſt, prohibetur. Sanè prohibebitur ijs præſidijs qua obſtrutioni medentur. Cuius rurſum ipſius quod iam factum eſt, ſanandum eſt: quod futurum eſt, inhibendum. At curabitur quidem quod obſtrutionis iam factum eſt, per ea qua obſtructa liberant: inhibebitur quod futurum eſt, ſi affluxum obſtruentium ſuccorum compescas. Ergo quod ultimum in ipſa reſolutiva methodo eſt inueniuntum, id primum omnium in curatione eſt peragendum. Oſtenſum enim in prioribus libris eſt, ſi ijs auxilijs qua obſtrutiones eximant, vti, nō vacuata prius abundantia, velimus, fore ut non modo nihil proficiamus, ſed etiam affectum maiorem reddamus, pugnantibus ſcilicet inter ſe indicationibus. At ſi vacuata prius multitudine ad curandam obſtrutionē accedamus: medicameſtis ijs qua obſtrutiones expediant, erit opus. Verum quoniā horum plurima calida ſunt, metus eſt ne

3. lib. 8. cap. 10. F.

## Gal. methodi medendi

est ne tum putredinē, tū febrē augeant. Itaq; ijs q̄ citra calorē liberare obstrunctiones valeant, vte murūbū autī q̄ obstruunt, detersa disiectaq; sunt, p̄ aluū, vrinas, & sudorē, ea vacuare tentandum. Cū uero materiae q̄ hæc efficiant, et calidæ sint, necesse est interea, tū putredinē augeri, tū febrem. Quare quoad licet, id agendū, vt q̄ minus calfaciat, materia deligat. Aut si qua inueniri potest, quæ non calfaciat, quē admodū in hoc casu balneū, vt iq; ea est petenda. Hoc vero tpe est vires robore, quō putredinē superātes, succos concoquāt, studebitus. Quod vero febris ipsius factū est, id refrigerabitus. In auxiliorū n. inueniēdorū ordine, ultima est q̄ ab hac sumis indicatio: quāuis alia ratione sit prima, quippe cum à febri cœperit inueniendorum præsidiorum methodus.

*Ex symptomatis superuenientibus nunc protrahi, nunc perueri febrium curationem.* C A P. II.

**A** si nullū quidē interim vehemens incidat symptoma, prohibeatq; quō minus auxilia ab initio morbi ad finē ita procedat, celerrime finiet febris. Sin tale quippiā incidat, quod totā ad se curationē reuocet, necesse est serius adueniat curationis finis. Siquidē qd̄ ita interuenit, oīno vel contrariū est remedijs, q̄ aīdictū cārū, affectuum, & symptomatū ordinē sanent, uel oīno nihil salte confert. Enim uero si eius qd̄ interuenit sanatio antedicto præsidiorū ordinī sit cōtraria, necesse est interim cuncta deteriora reddi. Sin nihil originali affectui interuenientis obiter mali correctio nec officit, nec prodest, totius curationis celeritatē in mora erit: Si autī nocet, necesse est aut vniuersam medicationē in longius spatiū trahi, aut aliquod subseq̄ piculū, aut ēt fore vtruncq;. Finge nāq; exempli gratia, afflīcto interim stomacho syncopen incidisse, cui succurrere coacti cibū intēpetiue dederimus, ac vinū cū frigida: Ex horum. n. vslū, tū obstrunctionē, tū corporis coarctationē, tum putredinē auctas esse necessum est: atq; ex harū auctu, ipsam ēt febrē: Verum ubi tum virtus satis valens est, nec quicq; interuenit, cuiusmodi q̄ modo diximus ex virtuē stomachi ortā syncopen: sed nec quæ aliqñ accidere possunt, aut sanguinis profluū, aut vigilia, aut dolor, aut error aliquis, vel ipsius egrotatiū, uel eius familiariū: Vbi inquā nihil tale accidit, totus q̄ proxime dictus est remediōrū ordo, hoiem profectō sanabit. Sed nec ipse tū quoq; remedio oīa quæ præter naturā sunt, sanat. Nam aqua mulla, qd̄ ad crallos succos extenuandos, & glutinosos detergundos, & excretionē promouendā attinet, optimū planē medicamē fuerit in ijs lynchis, quos habitus coarctatior, & putredo excitarunt: quatenus vero calorē febris adauger, est noxia, vnde si hic immodicū sit, parcendū aquæ mulsæ est, vt endūq; ptissimæ cremore: Quod si difficiles ac contumaces esse obstrunctiones iudicaueris, et oxymelite: At hoc ipsum rursus si immodice vtare, & intestina radit, & tussim excitat, & neruosa hædit. Adeo, i. difficile est eiusmodi aliq; auxiliū inuenisse, quod circa vllā noxā magnifice proficit. Id accidit (vt dicitū est) ex cōplexione ortū in corpore p̄ter naturā affectū, vna cū præce dentibus eos caulis, & sequētibus symptomatis.

*Præceptum hoc Contraria contrariorum esse remedia non in affectibus modo, sed*

*& in symptomatis uerificari.*

C A P. 12.

**N**vnquam tū propterea præceptum illud, quod Contrariorum contraria sint remedia, aliquando verum erit, aliqñ falsū: immo id perpetuo uerum est: quando fieri non potest, vt eorum quæ præter naturam sint, quicquam per alia vllam remediōrum speciem curetur. Non tam ex vslū est semper omnibus quæ præter naturā sint, mederi, sed cum sola per se subsistit. Nā si cum alijs vna incidunt, alijs saepe est ante illa medendū: sicut in causis vlceribus, vbi ea simul cum phlegmone sunt coniuncta. Quippe verum in his quoq; manet, q̄ per ea quæ carne implet, curantur: Cæterum, his vt priusquam phlegmonen curaueris, non licet. At interim dum hæc sanatur, vlcus cauū adeo non melius q̄ fuit redditur, vt ēt fiat magis cauū. Quod si ijs quæ carne implet medicaminib; uti uelis: neq; ipsum impleueris, & phlegmonen auxeris. Quæ nāq; carne implet, ea demum implere possunt quæ phlegmone vacant, non quæ phlegmone adhuc sunt oppressa. Hoc itaque quod in dictione tam est breue, nempe Contraria contrariorum esse remedia: potestate deprehenditur maximum. Quippe omnem medendi methodum cōfundet, quisquis hanc indicatiōnem neglexerit: cum omnia quæ præter naturam sunt, ab ijs quæ ipsiā sint contraria, carentur. Cum autem eorum quæ præter naturam sunt, duplex prima differentia sit, alijs per se subsistentib; alijs in ipso (vt sic dicam) fieri essentiam suā habentib; ac vmbrae ritu affectus comitantibus, sanatio quidem affectuum ipsorum est sublatio: hanc uero symptomatum amotio sequitur. Quibus quāq; ipsiā nihil prima ratione adhibetur, attamen in ijs quoq; perpetuum illud præceptum manet, q̄ Contraria contrariorum sunt remedia. Quippe cum affectus, quos symptomata sequuntur, sanamus, symptomata nimis ipsa in contrarium statum perducimus. Quare quæcumq; symptomata exiguoū meatum densitas inuenit, ea rarefactiōe tollent. Q; si ipsiā quoq; symptomati quod ex densitate spiramentorū est natū, (nēpe, i. minori q̄ iustū sit excrementi effluxu), qd̄ sanē paulo supius adiapneustian vocauimus, symptomatū genus aliud contrariū opponere velis, ne sic qdēf̄ desit qd̄ dixeris. Sunt nāq; plura iusto defluvia, iusto pauçoribus contraria. Adeo sicut in symptomatis ipsiā libet contraria contrariorū remedia dicere, in ijs quoq; statimotus primus oīum q̄ p̄ter naturā sunt, curationis index. Verū satius est (ut prædictus) eorū quæ vere & primum curantur, id est affectuum in corpore quæ vere sunt subsistentes, contraria esse remedia existimes. Quippe actiones eorū, atq; ēt offensas, vt eas in ipso, vt sic dicam,

cap. 10. b.

+ παποσ ο λε<sup>νος</sup>

**A**cā fieri eē dixeris, ita absolute subsistere minime dixeris. Nā manū extēdere, aut flectere ex ijs q̄ absolute sunt, dici non possunt, sed ex ijs quæ fiunt: multoq; minus ipsius immobilitas: quæ ipsa quoq; symptoma est eius qui in musculis nervis ue subest affectus: sed affectū qui ex subsistentiū numero est vñus, contraria postulare remedia dixeris: Hunc uero solutū, contrariū sequi statum, quæ sanitas est: Atq; hanc rursus, quandā naturæ actionē, q̄ symptomatiū finito sit cōtraria. Sed nec noībus fallit: (quæ s̄epe alia forma proferunt, q̄ vt contrarijs conueniat: s̄epe vero planē non sunt:) sed ex ipsa rerū natura contrariū inuenire debes: habens. s. quod pro illo discernēdo species, confessum illud, contraria esse quæ sub uno genere plurimū inter se distent. Ergo si intellexeris in illo genere quod mediocre est, (id vero est, vt s̄epe monstrauimus, qd' inter extrema est medium) infinitā quandā contrariarū rerū multitudinē, quæ majoris minorisq; ratione inter se distent, ex eo inuenies. Verbi gratia. In affectibus, tenuiū spiramentorū symmetriā intelligens, ex vtraq; parte duo immodica, quæ inter se sint contraria, inuenies: In actionibus uero, symmetriā vacuatorū considerans, ipsi quoq; ex vtraq; parte ametria responder. Verū in paruis spiramentis nomina excessibus non desunt, nēpe densitas et raritas: in vacuatis posita nō sunt. Eoq; fit, vt co-

<sup>t alia mino-  
ra, alia maiora  
&c.</sup>

B gamur plures paucioresq; effluxus dicere: ita nimirū vt si densitatis raritatisq; noīa non essent, spiramentorū ipsorum {alibi plura iusto esse, alibi pauciora} dicere cogeremur. Ergo (sicut diximus) hoc maxime cauere debemus, simul ēt in eo nos exercitare, quod celerius cuiusq; sic dicti cōtrariū inueniamus. Non. n. in corporum modo qualitate, verisetiam in quantitate eiusmodi contrarietatem inuenias, quam utiq; Aristoteles oppositionē uocat, non cōtrarietatem. Neq; enim magnum paruo vult esse contrarium, sed in eo quod ad aliquid dicitur oppositum: Neq; multum paucos: Sed nec rarum denso: Neq; relaxatum contracto: Neq; ipsi quod secundum naturam est, id quod præter naturam est. Verum Hippocrati omnia id genus contrariorum habent appellationem, sicuti etiam Platoni: qui generationes ex contrarijs esse dicit. Ostensum quoq; à me in alijs est, nec Aristotelem ipsum, suam ipsius legem in nominibus seruasse, quo loco principia eorum quæ natura reguntur, materiam, sp̄ciem, & priuationem statuit. Verum quod diuinū Platonem secuti semper testamur, contēnere nomina oportet, minime autem scientiam rerum. Ea nāq; ad salutem hominum pertinet: errorisq; in ea finis est pernicies. Nomīnibus siue proprie siue impropre vtare, ad ægrotos id parum attinet. Intelligas id clarius, si non contrariorum contraria, sed quemadmodum illis placet, opposita sibi inuicem esse remedia dicas. Siquidem copiā

C sanat vacuatio: defectum nutrimenta: in summa, quod exuperat, ablatio: quod deficiens est, adie-  
ctio. Itaq; etiam in alio opere recte arbitror a sene dictum: Medicina appositio est & detractio. Hippocr. in lib. 2. p. 112  
deficientium quidem appositio, redundantium detractio. Porro deficiunt redundantisq; quedam in quantitate, quædam in qualitate: In quātitate, cum sanguis immodice est auctus, aut rursus minor redditus: In qualitate, cum vel calidus, vel frigidus, vel crassus, vel tenuis plus iusto minus ue est effectus. Siue igitur contrarietatem, siue oppositionē nominare libet, eius indicatiōnis medēdi quæ ab omnibus, quæ præter naturā sunt, præbetur, semper meminisse debebis, eiq; esse intētus: potissimum quidem, vt dictum prius est, in affectibus: sed tamen & in symptomatis: quāvis horum nec primū curatio sit, nec proprie contrarietas, sed curatio quidē simul cum affectionibus, ex accidenti: contrarietas uero, lucidioris. s. breuiorisq; doctrinæ cauila loquentibus, abusione.

Indicationes omnes tradit tum rerum præter naturam, tum secundum naturam, quibus uniuersa continentium putridarum curatio continetur.

CAP. 13.

**V**erum ad medēdi indicationes propositi nobis febriū generis reuertamur. Repetamusq; singula genera, quæ in nobis præter naturam sunt, non caularum modo, veruetiam morborū & symptomatiū. Et causarū quidem genera, sunt multitudo, & crassitudo, & lento humoris. Causa simul & symptoma est transpirabilis excrementi retentio. Simili modo causa pariter & affectus est ipsa putredo. Morbus uero, tum obstructio, tum febris ipsa. Symptoma vero est ipsa transpirabilis excrementi retentio. Ergo indicabit (ut dictum est) præcedentiū causarū quælibet proprium aliquid: multitudo ipsa quæ ex eorum est numero, quæ sunt ad aliquid in prædicamento quantitatis, vacuationē: lentitā vero & crassitudo, quæ sunt in qualitatib; affectu, sanationē quæ per contraria perficiatur. Cū uero in plerisq; oppositionibus consueta nomina non sint, accidit vt, qui in rerum scientia minus sunt exercitati, fallantur. Cum, n. uno nomine nequeunt qd' animo concipiunt, nominare: id, ceu prorsus non sit, dimittunt: quēadmodum profectio in glutinosis & crassis succis faciunt. Quippe crassus succus ex aduerso oppositum habet tenuem. Glutinosis vero (sicut ipse primū græce nominauit) rhypticon, quasi deterius dicas: sicuti vero aliquis dixerit qui a solidis corporibus nominandi occasionem acciperet, friabile. Siquidem hoc pacto semper videtur Aristoteles oppositionem facere: uerum nō in succis, (ut dixi) sed in solidis ipsiis corporibus. Q; si glutinosi humoris naturā sub ea ratione intelligas, q; quicquid tetigerit, huic ægre dis-solubilis adhæret: non immerito (arbitror) eum qui nec adhæret, & ea quæ adharent deterget, contrariū ipsi statues. Et antecedentiū quidē causarū contrarietates abunde sunt dictæ. In instrumentali vero morbo, q; est obstructio, cōtrariū ei est græce ephraxis, quā reclusionē (puto) dixeris. Symptomati uero, qd' est trāspirabiliū retētio, excretio ipsorū contrariū est. At uero in hūmorū

## Gal. methodi medendi

morum putredine, & excretio, & refrigeratio, & uentilatio, & semiputridorum cōcoctio, ex aduerso respondent. Ipsius vero febris refrigeratio oppositio est. Porro quibus methodis materia, q̄ singula modo memoratorū perficiat, inuenias, iā diximus. Pugnantibus igit̄ his (sicut diximus) alias aliae tū indicationes vincent, tū materia. Inde q̄ factū est, vt quidā cū ignorascent vñā semper dari ex re quacq̄ indicationē, ac si præter naturā sit quod indicet, contrariū id semper indicare: sin fū naturā se habeat, non contrariū, sed simile: nec medendi hi, nec sanitatis tuendae methodū cōstituere potuerint. Siquidē cū in p̄mīs ipsiis indicationibus sunt lapsi, multo profectō magis in ijs q̄ secuturæ erant, decipi debebant. Debent, n. (arbitror) adificijs fundamenta iaci firma, & scaphis ponii donea carina, siqd adificandorū pangendorūq; in ijs futurū est firmū. Vbi, n. prima ipsa basis statim ab initio debilis fuit: q̄ fieri pōt, vt qd̄ supstruxeris, futurū infirmū non sit. Itaq; qm̄ in continentibus ex, p̄posita stipitatione febribus, (neq; n. grauari debemus iterū, atq; iterum sermonē repeteret, quō nunc saltē medicorū vulgus verā methodū condiscat) qm̄ inquā septem præter naturā posita sunt, à quibus indicationes sumunt, humorū multitudine, crassitudo, lētor, obstrūctio, transpirationis retentio, putredo, & febris carens intermissione: atq; hēc contraria oīno esse adhibenda docebant, præter hēc vero ab ijs q̄ fū naturā se habebāt, posita indicationes sunt, ex tēperamento tū ipsius laborantis partis, tū reliquarū oīum q̄ p̄incipes sunt, ex substantijs ip̄farū q̄titate, & ex spiritus ipsius substantia, tū q̄titate, tū qualitate: horū vero indicationes nō cōtriorū erant, sed similiū: ad ista vero (sicut diximus) dignoscenda, tū ætas, tū consuetudo, tū oēs quæ externæ morbo cause fuere, contulerunt: vtq; ortis hinc quoq; indicationibus non paucis: Oēs profectō inspicere simul medicū deceat: quōd, s. intelligat, quonā p̄imum ac magis, quonā mi-  
nus & secundo, quonam adhuc & tertio, atq; deinceps quo post quod præfido sit vtendum.

De sanguinis mutuendi ratione in proposita febre.

C.A.P. 14.

**Q**uippe si vires eius, qui ex putredine humorū (ut positiū est) febricitat, valentes lnt, mitendus statim sanguis est: si cruditas ventris non sit, statim morbo incipiente. Sin vires infirmē lnt, aut etas disluadeat, incidenda vena non est. Porro dictū supra est eiusmodi febrē in virtute ibecillā nō incidere. Quippe synochos bene habiti corporis, ac calentis atatis ppriā fuit. At si in puerū incidat, q̄ quartūdecimū annū haec tenus non attigit, mitti illi sanguis non debebit, p̄pea q̄ tantillis, cū prælertim calidi ac humidi lnt, plurimū corporis substantia quotidie defluat, ac digera. Ita quod ex incidenda vena moliendū nobis fuerat, id vltro nobis ex curati corporis natura præstat. Q; si corpus quartūdecimū annū excesserit, æstimandū est qualis nam eius naturā sit, num gracilis, & spissa, & dura, & copiosi sanguinis, an contra. Atq; ita in priori missione sanguinis adhibebis: in secunda nequaquam. Quinetiā mōdus vacuandi sanguinis ex ijs dē indicātibus sumet. Si, n. cui sanguis mittit, triginta annos natus sit, sed laxus, & mollis, & pinguis, & albus, ac gracilis uenit, huic aut plane sanguinē non mittes, aut parū detrahes. Et oīno quidem non mittes in tēpore æstatis, & regione æstuosa, & celi statu calido ac sicco. Parū detrahes in reliquis, tū anni tēporibus, tum regione, tū celi statu. Etenim si neq; obstrūctio subesseret, nec putredo, sed sola succorū redundantia, protinus à mōllione sanguinis, pro naturæ sua ratiōe se haberet. Itaq; tū succorū in omni tū corporis tēperamento, tū regione, tum anni tempore, tum statu celi, detrahi par erat, quantum supra naturalē statum fuerat in auctū. Verum qm̄ nec obstrūctio, nec putredo curari per sanguinis missione pōt, vt quæ alia remedia (ceu prius est monstratū) desiderent, reponi sanguinis aliquid ad curationis spatii debebit: quō minus intēpestiue nutrire necessitate vlla cogamur. Quantū nanq; ad eiusmodi pertinet febrē, prorsus nutrientū non est. Siquidē ostensum prius est solū virtutis respectum esse, qui de nutrimento indicationem præbeat. At vero quantū ad id, quod inanitū corpus est, nutrire oportet. Ita necessum est duorū alterum, aut febrē, si nutrit, augere; aut vires, si non nutrit, deſcere. Satius itaq; fuerit (vt dictū est) aliquid sanguinis, quod proprium partibus animalis nutrimentum sit, relinquas: ac ipse paucissimas fortitiones potionēs q; exhibere sis contentus: quibus utiq; ceu medicamentis potius q̄ nutrimenti egemus. Nam id quoq; supra (quō minus multa de ijsdem adhuc loquamus) est ostensum.

Aduersus Methodicos, qui omessa uene sectione, precordia cataplasmatis, & perfusionibus relaxabant.

C.A.P. 15.

**I**mō de cataplasmatiſ ac præcordijs perfundendis est loquendum. Quippe pleraq; medico-rum turba vnum quiddam hoc quoq; ex methodicorum istorum curandi sanctiōibus statuit. Omnesq; sicuti post tertium diem nutrīunt, ita etiam oleo prius perfundunt. Inde uno die interposito rursum nutrīunt, cataplasma prius imponentes. Q; sicuti aliud est adstricta, etiam hāc clysterē ducentes. Itaq; his saltem authoribus ordinandi vīctus artem, vna hora quis dīdicēt. Verum non ita se vera res habet. Sed cum ars ip̄sa tota sit magna, non leuissima eius pars est scientia ordinandi vīctus. Quæ utiq; ex his maxime remedij constituitur, cibo, potionē, perfusione, cataplasmatiſ, & clysteribus. Quippe ijsdem medici, cum sanguinis missione in principio etiam solam adhibuerint, reliquam omnem ægrī curationem uictui mandant. Itaq; (ut dixi) vnius horē est vīctus eorū disciplina, q; si qui dīscit, ingenio valeat: ne huius quidē integrē, sed minime eius partis: in qua, s. quæ nunc dicam audisse licuerit. Qui febricitant, si valentes viribus sint, omnibus languinem

**A** sanguinem ab initio mittes: perfusosq; oleo † post tertiae accessionem, } vel multa cum alia nū-  
 tries, vel sorbitioe. Deinceps vero alternis cibabis diebus, sed cataplasmā ex artomelite prius im-  
 ponens. Sic ubi vero aliis adstricta fuerit, clystere hanc duces. Atq; illorum quidem vniuersam  
 ordinandi vietus artem, in his verbis iam audisti, non utiq; in sex mēsibus, sed sex versiculis. Ne-  
 ram aut̄ diæteticen, id est vietus ordinandi arte, nunc audies. Calfacere præcordia cataplasmā-  
 tis, aut̄ perfusionibus, nō est perpetuo tutum: sed in ijs tm̄ egris, qbus in toto corpore nullū errat  
 superflū: Cæteris omnibus extrema est perniciē. Nam siue redundantia vtrauis sit, vel quæ ad  
 vires, vel quæ ad vasorū continentiam comparatur; siue ēt in vna parte pluribus ue vitiola excre-  
 menta sint, omnia ad partē excalfactā trahuntur. Quoties. n. vidisti præcordia cū planē phlegmo-  
 ne carerent, intra quatuor dies q; ea gregales isti medici perfundere cœpissent, phlegmonen cō-  
 traxisse, cum ego ēt id ipsum tibi prædictissimū, iussimēq; diligenter ad phlegmonen futurā at-  
 tentus esset. In quibus id maxime intellexisti, quantum malum sit usui, qui alienus à ratione sit,  
 infuescere. Quippe hi cum ex ijs quæ ipsi metu faciunt, phlegmonas semper excitent, id non ani-  
 maduertunt, sed ijsdem semper erroribus implicantur: veluti Hippocrates ijs accidere dixit, qui  
 hinc & inde ossū fracturas cū vlcere deligabant. Etenim illi cum phlegmonas in vlcere crearēt,  
 non tamen desisterunt: rati id adeo non ex delicatura, sed alio quopiam errore incidisse. Et quo-  
 modo, quæso, ad aliam curationis rationem se transtulissent, qui usum sine ratione profitebantur,  
 ex ijs quæ tum ipsi semper facere essent assueti, tum præceptores suos ante se facere contemplati?  
 Siquidem huius generis homines ne tentandū quidem censem, vt ex indicatione quicquam su-  
 mant: sed sola experientia sunt contenti. At Hippocrates ab ipsa rei natura idoneum curationis  
 modum inuenit. Quo postea in usum ueniente, cognitum est quantus eset in priori error: Quin  
 si quis in eiusmodi affectibus, cataplasmatis & perfusione ex oleo relictis, uelit ad curationē, quā  
 ratio docet, accedere: ipse quantopere aberrent, qui plethorica, & quæ parum pura sunt corpora  
 sic curant, haud magno negocio experientia ipsa iudicabit. Sane accidit, ut in eiusmodi morbis di-  
 uites potius quā pauperes perperam currentur. In his. n. propter ipsorum delicias duplex pec-  
 catum non raro cōmittitur, & q; sanguis non mittitur, & à medicis impensior scilicet adhibet di-  
 ligentia, vt quotidie aliquid circa ægrotantis corpus fiat. Ac inter initia quidē sanguinis missiōnē  
 maior eorum pars propter mollitiem non admittit, tametsi magis quā pauperes redundantiae  
 sanguinis affectibus sunt obiecti, vt qui magis tum cibis se impleant, tum in ocio vivant. Medici  
**C** vero qui eos curant: vbi summum remedium est omissum, aliorum vñi furturos se quod deficit,  
 putant. Huc accedit quod ipsi quoq; argi, si quis uictu contra morbum minore cum negocio in-  
 stet, negligentiam rati: si quis rursum quiduis agat, diligentiam: cogūt eos præcordijs aliquid quo-  
 quotidie admouere: sed nec in uitis profectō ipsi medicis: ut qui facere semper aliquid videri velint:  
 quod sic se maiorem mercedem accepturos sperāt, itaq; accidit, vt illo ipso tempore phlegmonæ  
 diuitibus incipiāt, quo iam pauperibus morbus propemodum perductus est ad finem. Quip-  
 pe missio in propositis febribus inter initia sanguine, non pauperibus modo, verum etiam diuitiū  
 seruis, plurimis quidem quinto, aliquibus septimo crisis contigit, nemini serius. At diuites, qui &  
 sanguinis copiam, & excrementorum plus, quā pauperes & serui habent, cum sanguinis mitte-  
 di prætermisere remedium, ac quotidie tum calido oleo perfundantur, tum laxatibus cataplasmā-  
 tis vtantur: phlegmonen nimurum aliquam vel in iecinore, vel ventriculo, uel reliquorum istic  
 viscerum aliquo contrahunt, alij in quarto, alij in quinto: omnes planē in sexto. Nec oblitus arbit-  
 rior es eius qui dum perfunderetur, difficultate spirandi laborauit, omni superuacuo † ad præcor-  
 dia caloris vñ tracto. Ergo non hic modo perire, sed alij quoq; infiniti quotidie pereunt: catapl-  
 smate ipso cucurbitalae ritu corporis superuacua in viscera trahente. Non defuerunt profectō &  
 qui cucurbitala quoq; ipsa sunt vñ, eo tantum consilio, ut circa ægrotantem aliquid semper molli-  
 ri uiderentur. Saluberrimum aut̄ (vt prædictissimum) est in febribus venam incidere, non continen-  
 tibus modo, verum etiam alijs omnibus quas putrefescens humor concitat: ubi præsertim nec etas,  
 nec vires prohibent. Levata nanc̄ q; corpus nostrum regit natura, exonerataq; eo, quo velut far-  
 cina premitur, haud ægre quod reliquū est, vincet. Itaq; proprij muneris haud oblita, & coquet  
 quod concoqui est habile, & excernet quod † pōt excerni. Forum, n. qua in medio sunt corpore,  
 (vt isti uocant) prouidentia, vbi detractus sanguis non est, maximum planē est malum: vbi detrac-  
 tus est, non maximū. Quanquam sic quoq; noxia esse in synochis febribus pōt. quippe deusta  
 immodico calore viscera etiam amplius deuruntur ac torrentur. Ergo eiusmodi prouidentia illi  
 dūtaxat requirent, quibus in vna particula putredo constituit: si tamen hi quoq; sanguinem prius  
 miserint. Prouidebitur autem his, non sicut triuiales isti medici prouident, qui statim inter initia  
 relaxant: sed in plurimis prorsus contra. Relaxantia nanc̄ remedia sicuti quod in membris con-  
 tinetur, euocant: ita si in principio sint admota, pro eo plus attrahunt. Cum enim adhuc ad affe-  
 ctum locū fertur fluxio, reprimere remittere q; hanc expedit, nō ad ipsum attrahere. Qua uero  
 Apocrustica. i. reprimēta dicunt, q; adstringēdi certe vim obtinet, in principijs idonea sunt dupli-  
 catione, & q; robur affectus particulis inferunt, (vnde mirus prōpte affluxum excrementorū  
 in se recipiant) & q; eorū quæ in ijs iam cōtentā sunt, tenuissimum extrorsum exprimant. Quod  
 si tum

† in aliis an-  
tiquis addit. 14.1.  
non

## Gal. methodi medendi

si tum fluxio humorū per ea remedia compescitur, tum densitas quae ex adstringendo in affecta particula relicta est, crassiora detinet: iam tempestiva relaxatio est: quō ea q̄ retenta sunt vacues. Præcipue aut̄ adstringentibus est vtendū, ubi in iecur aut ventriculū superuacuum profluit: q̄n & ē primoribus admodum hæ partes sunt, & munus suum obeant vel in ipsis morbis, est necellum. Porrò est non exigū eorum munus, qualeq̄ reliquarū partium, quibus illud modo negotiū est, ut id quo nutrientur conficiant, verum q̄ tantopere animalis interfit, ut si neq̄ in vētriculo probe alimentum fuerit concoctum, nec in languinē in iecinore mutatū: vtq̄ quod in fame nobis accidit, ut cibi penuria degere in abstinentia cogamur, idem tum omnibus animalis partibus accidat. Non. n. ex ijs quae deuorarī quis, sed ex ijs quae in tam dictis visceribus conficerit, alimentū toti corpori suppeditāt. Atq̄ ob hac nimirū impensis q̄ cetera membra, uentriculus & iecur adstringentia desiderant. Ergo cum ea quae iam infixa sunt, euocandi tempus est: tum quoq̄ mo<sup>z</sup> dice adstringi postulant, quod. n. adstrictionis in principio largius ijs q̄ ceteris partibus adhibet, id seruandū assidue est, nimirū manente, qui id indicet, vſu. Vſus uero est (ut paulo ante testati sumus) nutrimenti confessio. Si igitur per imbecillitatē parum recte cōcoixerint, nō modo assumpti cibi nulla est utilitas, sed ēt uentriculo non raro ex eius corruptela lacessito, expelliſ quoq̄ aliquid prioris. Ita sit, ut duplex iā noxa toti corpori accedit: cum nec ex cibo sumpto nutritur, & aliquid t̄ ex eo quod sibi reposuerat, jamittat. Huc accedit, & q̄ ciborum cōcoctio, siue ea in iecinore, siue in uentriculo sitimprospera, febres intendit, ac succi vitio exacerbat. Quo magis in omnifebre, ciborum cōcoctioni prospicere magnopere oportet. Atq̄ eius rei cā roboris quoq̄ instrumentorum quibus perficitur, non leuis habenda est cura. Sanè aliqui sunt (vt Hippocrates ait) qui ex eo quod ignorant, non parum lucrificant. Arbitrantur. n. iecinoris se phlegmonen relaxantibus præsidj curare, ex eo scilicet famam sibi comparantes, q̄ in agnitione fallunt. Sigdem videntur nonnunquā lineamenta musculi, qui à costis thoracis ad p̄cordia peruenit, persimilia iecinori. Mirum aut̄ minime arbitror, eos qui nec aliud quicquā in arte probe didicerunt, nec in agnoscendis affectis partibus se exercuerunt, t̄ sic laudem aliquando consequi.

Qua ratione cataplasmata parare oporteat, que uentriculo, iecinori, lieni, & reliquis

inferioris uentris partibus conducant.

CAP. 16.

V Erum istos mittamus. Nos uel si minima suspicio sit iecur uētriculum'ue laborare, absinthium protinus oleo incoquemus, ac eas particulas perfundemus. Cum aut̄ duplex in omni absinthio facultas & qualitas sit, uelut in libris de medicamentis est traditum, vtq̄ in pontico adstringendi facultas non parua est: In reliquis omnibus amara quidem qualitas est uehementissima, adstringēt uero (quam salte gustu agnolcas) aut plane obscura, aut prorsus nulla sentit. Proinde ponticum ad iecinoris & ventris & phlegmonas eligi præstat. Porrò id est tum folio, tum flore longe q̄ cetera absinthia minore, odor quoq̄ huic non modo non insuavis, uerum etiā aromatum quid præferens. reliquis autem omnibus est fœdus. Quare hæc fugere conueniet, vt iā semper pontico. Etiam reliquierū medicamentorū in quibus mista cum amaritudine adstringēdūt, aliiquid in oleum coniūcere, atq̄ ad eundem modum vt licet. Ostendimus namq̄ in opere, quod de medicamentis inscribitur, amaram qualitatem præire, ac viam adstringēti facere. Quo fit, vt medicamentū id genus, omnibus quae tantum adstringant, sit præstantius. Ac siquidem intendere adstrictionem studes, etiam oleum ipsum adstringendi vim habeat, cuiusmodi est & qđ Hispanum uocant, & quæcumq; cum frondibus oleæ præparare solent, vel quale est crudum, qđ græci omphacinton vocant. Sin leuiore uti adstrictione placet, aliud olei genus præparabis, præcipue quod tenuium sit partium, quod genus Sabinum est. Optimum tamē, vbi adstringere uehementius est opus, Histricum oleum est, ut quod ambas in se uirtutes habeat, & amaram, & que adstringat. In penuria vero absinthij inter initia uel melinum, uel mastichinum, uel lenticinū fastiscerit, q̄ si exīgia febris sit, etiam unguentum quod ex nardo componitur. Esto autem optimum id quoq; neq; n. parum interest inter id, & quod vitiosum est, cum id quod Neapolii in Italia conficiunt, nomine tantum nardinum vnguentum sit, si cum eo quod in Asia fit, conseruat. Id antea Laodiceæ tantum componebatur: nunc etiam in multis fit oppidis. Quod si inclinatio febris in qua ista moliris, non admodum sit facilis, abstinebis à nardino. Uteris autem hoc tempore rectius melino: aut si id non est, lentiscino: ab hoc uero mastichino. Omnibus namq; his nardinum vnguentum valentius excalfacit. Quare si reliquierū copia non est, rosaceum illi admiscebis. Sane myrtini adstringēt idonea non est, cum crassiorū sit partium, q̄ utalte descendere possit. Atq; hæc quidem exempli gratia protulimus. nam magnam eorum copiam diligere ex medicamentorū libris licet. Ad eundem uero modum & cataplisma cōpositam vim habeat ex ea que tenuium sit partium, ac relaxet, tum vero ex amara & adstringente. Superet aut̄ in ijs, vbi scilicet tum reprimere, tum robur addere studemus, quod adstringat: vbi tenuare ac detergere, amarum: ubi euocare, quae ex relaxantibus tenuium maxime sint partium. Siquidē quae crassæ substātiae sunt, ea pus mouentibus mōstrauimus esse accōmoda. Cum aut̄ definitū in opere de medicamentis sit, & quae vel solā obtineant adstringēti qualitatē, uel amaritudinē, & quae ambas possideat qualitates: maxime diligenda sunt q̄ ambas habent, ubi ea non adsunt, ipse amara ijs quae adstringant, miscēbis:

F

† τῆς ὀμέτας παρασκευής,

\* ποιητικής  
circūscriptio.  
† τῷ τουτῷ τα  
κύρσαντον, οἱ τα  
lucranti.

G

\* θάλλων lie  
bro sequenti  
tit germina.

H

\* ποιητικής  
i. qualitates

**A** miscebis: ita nimis ut nos in iecinoris phlegmone, ex copijs praesentibus componere cataplasmata vidisti. Erat enim is qui ægrotabat, medicus: quem iam lucernis accensis inuisimus. quo tempore ab ijs qui talia venditant, nihil emi potuit. Ergo cum inclinata notabiliter febrem inuenisem, vtendum occasione q̄ primum censui: eo certe magis, q̄ suspeçam horam, que gallicio futura erat, alterius accessionis initium allaturam verebamur. Incoxi in oleo quidē absinthiū: in aqua vero malum cotoneum. Dum aut̄ hæc coquebantur, myrobalani pīesma, & ireos radicem, que intus inuteneram, contudi cribrauiq̄. Dein olei & aquæ, que paraueram, portionem in lebetem immisi, ac vbi modice coxeram, myrobalanum & irim vna cum exigua cera inieci. Coquimus autem cotoneum non in aqua modo, veruetiam persæpe in austero vino. Ac oibus eiusmodi cataplasmatis, de ipsa quoq̄ cotonei carne interdum admisceamus. Quippe vbi & quod cōfluit copiosum est, & particula ipsa infirmior, adstringentem vim (sicut līcis) inaugemus. Vbi vero tum corpus totum purum est, nec membrum ipsum imbecillum, nec ultra quid confluit, ibi in ijs que miscentur materijs, minimum qdem sit quod adstringat: copiosius vero nō solum quod relaxet, sed etiam & quod amarum est, & quod acre. Quod si exigua febris sit, ac phlegmone nō adeo calens, tum æger ipse inediā tolerare valeat: hoc casu digelitoriam qdem curandi speciem intendes, adstringentem aut remittes. Neq; n. amplius ipsi saltem phlegmonæ conducere possunt, que adstringunt: vbi nec affluit quicq; & crassus humor affecto loco tenaciter est infixus: sed (sicut prædictum est) trahendæ potius curationis, ac que adstringant miscendi consilium probamus: quo robur membrorum teamur. Vnde nec colo laborante, nec reliquorum intestinorum quoq; nec musculis qui in præcordijs habent, aut ipso peritonæo, miscenda adstringentia sunt. Sed nec cum vesica male habet, vterus'ue: modo (vt dictum est) nihil ultra ad locum fluat: nec sanguinis redundantia, nec excrementorū copia, in toto sint corpore. Porro renes & pectus in media prædictorum conditione sunt: quātum scilicet à ventriculi iecinorisq; sollicitudine absunt, tñ reliquorum supergressa. Siquidem in ventriculo ac iecinore exsolui robur est perniciöissimum: in illis minime est periculosum. In his vero est qdem periculosum, non tñ perinde vt in illis: nisi si pus educere ex pectore, aut pulmone aliquando sit opus. De liene pronunciare absolute nō est, nec nisi prius definita tum corporis totius natura, tum vero affectu, qui curationis tempore occupavit. Nam si vel æger ex ijs sit, qui atræ bili excrementum naturaliter congerant, vel etiam eo tempore succus is in eo abundet: necesse est in liene curando adstringentia reliquis admisceas, quo visceris robur custodias. Ita enim & excrementa ad se trahet: & cum corpus expurgari, ipse rursum per ventriculum excernet: velut in naturalibus cōmentarijs de ijs est proditum. Sin nullum oīno sit atræ bili excrementum, aut omnino adstringendum non est, aut parcissime. Observandum vero diligenter est, non in liene modo, veruetiam in oibus partibus, in qbus humor putrefact, quod symptomata maxime sit vehemens, quod secundo loco, aut tertio, quod videlicet affectu exipsis plane inuenio, idoneam ei curationem adhibeas. Alias namq; in membro affecto calor superat: alias tumor, qui vel propter abundantiam humoris, vel propter crassitudinem sit durus. Si igitur calor præponderat, id agendum, vt sensim per ea que teperentem calorem obtinent, digeratur: quod genus est tum lini semen, tum chamaelemum. quibus adisci vel hordei vel fabarū farina debet: quippe quorum neutrum excalfacit. Sæpe aut̄ (vt non ignoras) quod medici artomeli vocant, pro cataplasmate eiusmodi phlegmones preparamus, atq; aquæ aliquid miscemus: ad liensem vero etiam acetum aliquā aliquid. Si vero laboratis phlegmone partis calor non multum à natura excederit, sed magnitudo eius notabilis fuerit, digerere haud timide sine aqua debebis, etiā fœnigraci aliquid supradictis immiscens. Si vero veluti scirrhosa phlegmone sit, ppter humorū, quos continet, vel crassitudinem vel lentorem, tum acetum aliquid, tum amara medicamenta simul immiscenda curabis: potissimum in liene. Etenim viscus hoc, propterea q ab iecinore crassum humorem trahit, eiusmodi humoris occasione plerunq; laborat. Quo magis cataplasmata, que ex oxymelite, & absinthio, & cappari fit, illi sunt idonea. Hæc igitur cum medicorum vulgus ignoret, oēs oleo perfundunt, & cataplasmatis relaxatibus curant, priusq; corpus vacuetur: omniumq; maxime diuites: quibus non solum in talibus obsequuntur, sed etiam eos lauari in balneo permittunt. Ego vero nec eorum qui ex putredine humorum febricitent, lauem quenquam: nec relaxatibus cataplasmatis, priusq; superuacula purgarim, vtar. His vacuatis, nō solū audacter lauem: sed etiam cataplasmatis vtar, in alijs quidem membris ijs, que relaxent: in iecinore vero ac ventriculo, additis etiam que medicocriter adstringant.

Que cataplasmata cordi, & pulmoni, & omnino pectori conueniant.

CAP. 17.

**P**arcus vero ad pectus q̄ ad ea est adstringentibus viēdum: qñ talia humores q̄ phlegmone excitant, in pulmones & cor nonnunq; reprimunt. Ac cibis potius horum firmitudini est consulendum. Neq; n. sicut in iecinore & ventriculo, ita hic quoq; tenuissimo victu est vtendū. in illis namq; alimento concoquitur: metusq; est ne ipsi phlegmone laborantibus nec nutrimentum rite concoquatur, & phlegmone augeat. In pectus vero tñ alimenti iam concocti peruenit, quantū vni ipsi particulae nutrita satisfaciat. A longe qdem magis in pulmonis phlegmone abstinentum ab adstringentibus est: qñ in eo ipsi quoq; relaxantibus admiscendū aliquid acruisse Septima Classis. kkkkkk quodāmodo

## Gal. methodi medendi

quodammodo & euidenter calfactientium est. Quippe foras trahere potius, q̄ reprimere, in eo debemus. Itaq; etiam cucurbitula vtiliter ijs qui sic laborant, si prius sint vacuati, applicabitur. Si vero abundantia succorum (quam vocant Plethoram) in his sit, non magis ex pulmone in peccus aliquid excrementi transferet, quam ex toto corpore attrahet in vtruncq;

Cataplasma laboranti cerebro & capitis partibus accommodata.

C A P. 18.

**E**adem ratione nec in cerebri & eius membranarū phlegmonis, cucurbitulis in morbi initio vtetur; verū ubi nec influit adhuc quicq; & totum corpus prius est vacuatū. At reprimētibus in his quoq; inter initia vtendū. Sed cum ossibus craniū mediū occupantibus, in altum descendere reprimētū vim cupimus: eorum quaē p̄aire ac deducere ea possunt, aliquid reprimētibus admiscebimus. Ea sunt quorū substantia ex tenuibus partibus constat. Sanè acutū nō modo tenuiū partū est, sed etiā non mediocre reprimētū vim obtinet. Quo profectō rationabilius in principijs affectuum ipso vtuntur, rosaceo admiscentes. Procedente vero tempore etiā spondylj & serpilli (quibus iam non modo partium tenuitas, sed etiā calor inest) aliquid admissent: quo scilicet tēpore transire ad ea quaē concoquunt ac digerant conuenit, atq; hæc vtracq; valentiora q̄ postulet ipsa pars phlegmone affecta deligere: ceu viribus eorū per ea quaē intersunt ossa remittendis. Sanè ad eum modum & castoreo vtimur: cum tñ eo in alijs phlegmonis minime vtatur, q̄uis etiam in summa inclinatione sint, est enim calidius id, q̄ ut phlegmonis sit idoneum. At vero locis circa cerebrum, phlegmonis ijs iam inclinantibus, est vtilissimum: qm̄ nō continuo his, sed ossibus interuenientibus occurrat. Inest autē elusmodi pharmaco & partium tenuitas, quod ipsum ijs quorum per densum obicem transmitti vim oportet, est accōmodum.

Quæ partes per quas vias, & per quæ remedia uacentur.

C A P. 19.

**I**llud te profectō non fugit, nos singularum particularum meatus, qui ijs ad superuacuorum emissionem sunt proprii, fluxiles reddere: Intestino, ventriculo, & melenterio, & concavis fecinoris, intestinū rectū: Renibus, vesica, iecinoris gibbis, venæ caue, & arteriæ magna, & oībus quaē in lumbis habent, eum qui vriniſ est delegatus: Pulmonib; & pectori, ipsam asperā arteriam, & fauces: Cerebro & eius inuolucris, eum qui per palatum & nares descendit. Paritur fluxibilitas ijs quidem quaē per sedem excerni habent, mulsā, & cibis ijs qui ventrem molliunt, & pharmacis quaē modice proritare possunt. Quæ. n. acriora sunt, vitare oportet: qm̄ phlegmonas exacerbent. Ad ventrīculū vero, secur, & lienem, siquādo phlegmone sint vexata, nec mulsā ipsa est vtilis, qm̄ illico in bilem transeat, ac viscerum phlegmonas augeat. Excremēta vero ut cum vriniſ excernantur, ijs medicamentis, quaē vrinas mouent, (Diuretica Greci vocāt) promouebis: Non secus quaē in pectori & pulmone continentur, tussi (per ea scilicet quaē hanc moueant) vacuabis. Porro in opere de medicamentis cuiusc; materiam didicisti, non eorū modo quaē iam comprehensa sunt, sed etiam quaē cerebri membranarūq; eius superflua per nares emittunt.

Quo tempore, & qua ratione cataplasma relaxantia, & balneum agrotos iuuent.

C A P. 20.

**E**tenim horum quoq; omnium vberem materiæ supellecūtem in illis commentarijs habes. Quare abunde sunt ad rem præsentem, quaē hactenus de phlegmone laborantium partium differentia disputauimus. Diciturus. n. plura de ijs sum in ea methodo, quaē oīum tumorum qui præter naturā sunt, curationem cōprehendet. Neq; n. in præsentia dedita opera & studio hunc sermonem sum ingressus, sed præter pensum in eum, sequela quadam rerum inuitante, diuerti. Siquidem propositum nobis in hoc libro non fuit, vt te partis cuiusc; phlegmone obfessæ optimam curationem docerem; immo vt noxā eorum ostenderem, quibus cataplasma in febribus non vacuato prius toto corpore imponuntur: potissimum vbi intra corpus aliquid phlegmone infestatur. Quippe si ambiens ita calet, vt materias valenter liqueat, maior noxa eijsmodi cataplasmati succedit q̄ lotioni in balneo. Quanq; autem qui quotidie praecordia perfundunt, & cataplasmati inducunt: nō modo nullam ex ijs noxam, sed etiam magnam vtilitatē ægris copari: contra ex lauando non modo nullam vtilitatem, sed etiam maximum incōmodum: scilicet ignorantes sicuti reliquorum oīum quaē circa ægrum administrant, ita & balneorum naturam. Ego vero de vniuersa earum vi in superioribus disputauis plenissime. Nunc tñ dixisse est satis, quibusdam prorsus nihil nociturnum balneum, quibusdam minus q̄ cataplasma. Quod enim in praecordijs relaxantia (quaē isti vocant) præsidia faciūt, id balneum in toto efficit corpore. Eoq; cum in remissione febris adhibeāt, corpore iam mediocriter transpirante, non exiguū affert cōmodum, oīa ex eo tum fuliginosa excrementa, tum fumida educēs. Et si quidem nullius visceris imbecillitas subsit, proficiet agrotanti: si tñ horror inter exhibendum non incidit. Tribus. n. his in balneo quod in quacunq; febri adhibebis, intentus sis oportet: Vni, q̄ citra horrorem sit administratum: Secundo, q̄ nullum primæ notæ viscus sit imbecillum: Tertio, q̄ multitudine crudorum humorū in primis venis non contineat. Horror nanci (vt prius dictum est) non solū intendere iam præsentem febrem potest: sed etiam cum nō fuit, eam interim excitare. Partes vero imbecillæ liquatos iam humores magis recipiunt q̄ anteq; liquarentur. Crudorum vero humorū copia in totum corpus digeritur. Horum si nihil obstat, ex balneis duo hæc ægro cōpendia accedant: & q̄ redundatæ humorū aliquid vacuabis, & q̄ multum febrilis caloris transpirabit.

Quod

+ In impressis  
codicibus ads  
ditur p. i. nō

**A** Quod si præterquam nulla princeps pars imbecilla sit, etiam inferioris notæ partium aliqua sit infir-  
malida, veluti podagricis pedes, & ijs qui articulari vitio laborat (Arthriticos Græci vocant) vni-  
uersi corporis articuli, maxima salutis pars æstro ex balneo cōparabitur: ipsiſis infirmis partibus  
quæ superuacua sunt, excipientibus. Assolent, n. non nunquam & citra balneū superuacanea in par-  
tes infirmas confluere. A balneo vero magis: vt pote tum fuccis ipsiſis per id liquatis, tum vijs per  
quas meent patefactis. Ambo, n. hæc ex moderato calore prouenant necesse est, tum ut humo-  
res liquentur, tum viæ dilatentur. Proinde fit vt, cum iecur, ventriculus, pulmones, pectus, vel prin-  
cipum id genus partium aliquod imbecillū sit, maxime lœdantur quicunq; se lauerint, si illis sup-  
eruacua in corpore sint: ijdemq; ipsiſi cataplasmata vli, duplex incōmodum sentiant, nullo cōmodo.  
Quippe balneum tum corpus totum vacuat, tum quod fumidum est ac fuliginosum, digerit: Re-  
laxantia cataplasmata, ac similiſ facultatis perfusiones, vt nihil horum honorū afferunt, sic super-  
uacuum omne ad imbecillius, quodcumq; id circa mediū corpus sit, contrahunt, sive iecur id, sive  
ventriculus, sive septum trāstuerit, sive mesenterion, sive ieiunū, sive colon, renes uero sit. Quod  
si diligentiam ostentare volentes, etiam pectus vna excalfaciat: vel in ipsum, vel etiā in cor, vel  
in pulmonem superflua rapiens. Voco imbecillā partem, vel quæ natura est intemperatio (alij

**B** manq; alia sic se habet) vel quæ ex precedente aliquo morbo intemperiem contraxit, vel quæ in  
prælenti tempore in hanc sit perducta. Non, n. partium oīum, quæ aut phlegmone laborat, aut pu-  
trescentes humores, aut obſtructions continent, virtus statim infirma est: promptius tñ in ijs  
quoq; superuacuum, qualecunq; id sit, in ægram partem, ppter calorem quem affectus excitat,  
ferit. Quippe particula quā obſtructio, aut putredo, aut phlegmone obſedit, febris ipsius veluti  
focus est. Ergo cum huic, ppter calorem sua sponte trahenti alia quepiam occasio extrinsecus ex  
ijs quæ potestate excalfaciant, accessit, necesse est affectum intendi. At vero si quis, vtī predictum  
est, toto corpore prius vacuato, relaxantibus curet, vbi scilicet maxima febris non adeſt, vtq; p-  
delle aliquando potest. Tum vero, ceu dictum etiam est, lauare citra noxam licet. Cauendum tñ  
à frigido ſolio hiſtis est: qñ & crudi & putrescentes succi, t{minus apti ad exhalandum} reddūtur,  
ſiquis in eo moretur. Sanè officit ijs etiam si aqua admodum fit frigida: qñ ſic affectorum tū cor-  
pus, tum vel maxime afflita particula difflari euaporariq; postulat. Quo fit, vt vel perfundere il-  
los aqua idonea ſoleamus, vel si moderate, quæ in natatione eſt, frigeat, ingredi permittamus celeri-  
ter exire iubemus. In progressu tñ morbi, quo tempore & abſumpta iam superuacua ſunt, & tum cru-  
da tum putrescentia concocta, & cataplasmatis relaxantibus, & balneis ſine periculo vtare.

Quo patet ratio uetus, estimato initio ac febris nigore, ſtatuenda ſit. CAP. 21.

**C** Orrō aptissimum in febribus quæ intermitunt, & repetunt, tempus eſt cum, vtī dictum eſt,  
exhalare ſam coepit febrilis calor. Statim enim corpus ad nutrimentum præparat, huius  
quoq; opportuno tempore ex dupliſi conſectato reſpetu: nempe ſummo præcedētiſ accessio-  
nis vigore, & futura principio. Ad hæc nanq; ſpectantes, operam dabimus vt q̄ longillime ab  
vtricq; nutriamus. Ergo ſi ſpatium quod inter ſumnum prioris accessionis vigorem, & ſequētiſ  
principium interuenit, ſatis ſit amplum, facile eſt idoneum tēpus inuenire. Si exiguum id fuerit,  
alterum facias necesse eſt, vt aut ægrum admodum adhuc calentem nutrias, aut ſequentiſ accel-  
lionis inuafione iamiam aſſutura. Quo magis praefatio medici eiusmodi febris indiget, qui pri-  
mis ſtatiſ diebus quanto ſpatio duratura febris ſit, coniſciat. Quippe ſi continens fuerit, conſtat  
breui finiendam. Si itaq; ultra ſeptimum progreſſura non videbitur, prorsus continendus à cibo  
ęger eſt: vtq; ſi virtutem nō defecturam coniſciamus. Si ad nonum, aut vndecimum, aut qua-  
rumdecimum uisq; progreſſura videtur, aut etiam in ſeptimo finienda, ceterum ęger vires infir-  
miores habere, q̄ vt in tantum tempus ſufficiat: neceſſum erit nutrire ac deligere, ſicut in re an-  
cipi couenit, quod minus ſit noxiu: diſtinguendo id diſcernendoq; ab eo quod magis ſit noxi-  
turum, idq; tum ex loco afflito vna cū afflito, tum accessiōis & principij & ſummi etiā vigoris  
coſuetudine. Si quidem vbi vel iecur vel ventriculum phlegmone prehendit, pernicioſiſſimum  
eſt ante accessionem cibare: Vbi hec abeft, quibus infirma eſt virtus, utliſſimum. Assolent enim  
eos qui ita ſe habent, iecinore quidem afflito, alii deiectiones vna cum accessionibus inuadere:  
ore autem ventriculi vexato, syncope. In alijs vero animalis instrumentis, quod iam diſtis por-  
tione repondeat, tum ex ſitus eorum ratione, tum dignitatis, aſtimabis. Ageturq; de iſpiſi poſ-  
tmodum. At ſummi vigoris, & accessionis principij morem ſic conſideres, ceneſo. In ſummo vi-  
gore notabis, an citra magnitudinem febrilis caloris ſiccus ſit & ſqualens, an citra ſqualore vrens.

Priorem nanq; humectante viſtu madefacere q̄primum oportet: In ſecondo, dum plurimum ca-  
loris ſe remittat, expectare. In principij vero accessionis more aſtimabis, an corporis extrema  
perfrigeret, & magnam ſanguinis reuocationē ad interiora corporis faciat; an omnino corpus  
nō premaſ: Quippe ſecondū hoc, ceu facile mansuetum ſe contēnes: In priore diſtinguas opor-  
tet. Nam ſi absq; uisceris phlegmone, aut ſuccorum redundantia, motus ad interiora in accessioni  
nibus pollet, nihil offendes paulo ante cibans: Si vel phlegmone, vel redundantia ſubſit, cauen-  
da eſt ante accessionem cibatio, ceu res maxime noxia.

Septima Clavis,

kkkkkkk ij Galeni

\* A. J. D. p. 1.  
m. i. minus  
apti ad conco-  
ctionem.

\* ſorv. xl. c. 1.  
tinua eſt i. cod.  
gracis. o. u. o.  
x. legit Lina  
cer.

\* ſorv. i. more  
quæ admodū  
inferius vertit.